

- Vel caput obvelat, fructus foliis quia celat.
 Natos vero suos fama narrante comedit.
 Tempus consumit, quicquid rota temporis edit.
 Falx notat, in semet quod temporis orbita vergat.
 Mox audi, testes sectos cur equore mergat.
 Fructus desecti ventris pelagoque recepti,
 115 Cūm despumabunt cocti, Venerem generabunt.
 Ignibus ethereis quoniam magis assimilatur,
 Aer optinuit, soror ut Iovis esse feratur.
 Nomine femineo seu coniux inde vocatur,
 Ex se quod tonitrus, fulgur, nimbus generatur
 120 Sive quod humore res crescunt atque calore.“
 (Fingere non ab re sed Apollo poeticus audet,
 Quod Iovis armatum trifido se fulmine gaudet.)
 „Eius natura teli gravis, aspera, dura p. 114b
 Findit, quando furit, afflat, crudeliter urit.
 125 Iuno iuvans a luce sed est Lucina vocata.
 Aere respirant, que sunt sub luce creata.
 Equoreum numen testantur habere tridentem
 Propter aquam bibilem, lavilem, simul atque fluentem.
 Auctorum tegna Plutoni tertia regna
 130 Destinat et manes terrendos tradit inanes.
 Nubit ei nata Cereris Proserpina grata
 Pacta dies anni cum sponso dimidiare.
 Figmentum tale sibi quit velit, accipe care.
 Nata deę seges est, que cum Plutone manebit,
 135 Quando latet; cum matre manet, cum vere patebit.
 Limina custodit tria pandens Cerberus ora,

113 equore mergat] *Zahlreiche Belege bei Paolo MASTANDREA, De fine versus. Repertorio di clausole ricorrenti nella poesia dattilica latina 1-2 (Alpha – Omega A 132, 1993) s. v.; vgl. auch SCHUMANN, s. v.* 117 feratur] *Nach Korrektur.* 119 tonitrus] *tonitru Hs.* 121-122] *Vgl. v. 292.* 125] *Nach iuvans ist sed est getilgt.* 125-126] *Vgl. Fulgentius, Mitol. II, c. 69 (De Iunone).* 127-128] *Vgl. Fulgentius, Mitol. I, c. 37: Tridentem uero ob hac re ferre pingitur, quod aquarum natura triplici uirtute fungatur, id est sit liquida, fecunda, potabilis.* 128 lavilem] *Nicht belegt, aber von lavare ableitbar (lavilis = „zum Waschen geeignet“).* 129 tegna] = *tecna (belegt bei Du Cange) = techna.* 131-135] *Vgl. Fulgentius, Mitol., I, c. 41f.* 133] *Nach Figmentum ist sibi getilgt.* 136 Cerberus] *Cerberus Hs.; vgl. v. 81.*